Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Actum in palatio nostro Viterbiensi in die Coenae domini, pontif. nostri anno IV.

Cum ergo ex hac bulla constet, Ducem Bavariae ac Tirolis Comitem ad hoc usque tempus Conradini fautores ~~ex~~ post tisse; sequitur eosdem ultra Papeam et forte, ut Provius scribit, Lucam usque fuisse secutos.

19) Brunneri Annal. Boic. l. 14, verba sunt. Quae confirmantur testimoniis antiquorum, scilicet Monachi Paduani l. 3, Sicronis ad an. 1268; Semilii in S. Ludovici ~~Sancti~~ vita; Anonymi Auctoris rer. Sic. / apud Raynaldum Annal. eccl. ad an. 1268. Jordanus apud eundem: Hic (Clemens Papa) de palatio suo, ubi erat Viterbii, videns transeuntem Conradini militiam, quasi prophetando ait: dolendum super tali puero, qui taliter seductus ducetur ad victimam. / aliorumque

De ~~Se~~ Caroli in Hetruria Praefecto debellato

Raynaldus ad an. 1268 § 19: Dispar fuit ~~Caroli~~ prudentia Caroli in Hetruria Praefectus, qui dum ad interludendum iter Conradino Aretium properaret, prope Laterinum pontem ab Ubertinis, Senensibus, aliisque Gibellinis ex insidiis profligatus est. Lebersorgus noster Chron. Stams. ad an. 1267 et 1268: Hujus rei (Manfredi casi) rumor cum iam ubique terarum spargeretur, in Italia aliqui proceres Gibellina factionis non parum sunt commoti, et in Germania quidam Principes, praesertim qui Conradino consanguinitate et affinitate erant coniuncti, non tam pro eius causa, quam pro Germanici nominis gloria commoverunt (indignum etenim rati Germanos a Gallis ab Italia regnis detrudi) atque exercitum ultra 10000 Germanorum congregarunt, cui Conradinus adolescens vix octodecim annorum est praefectus, qui Italiam quantocius ingressus, auctoque a Gibellinis Italicis exercitu plurima loca facile occupavit, insuper et Caroli Marschallum cum ingenti exercitu feliciter devicit. Hoc felici Conradini successu Clemens S. Pontifex non modice turbatus eum primo ut ab incepto desisteret monuit, admonitum postea ne Ecclesiae patrimonium hostiliter attingeret, publicato in ipsum et omnes auxiliatores eius anathemate deterrere curavit. Sed Victor neutrum curavit, et captum iter prosequens Carolo hosti obviam procedit.

Observandum Gibellini qui fuerint, si quaris, respondet And. Presbyter Chron. Bav. ~~Otto Frisingensis de gestis Frid. l. 2, c. 2: Duae in Romano orbe apud Galliae Germaniaeque fines famosae familiae hactenus fuere: una Henricorum de Gueibelinga, alia Guelforum de Altdorfo: altera Imperatores, altera magnos duces producere solita.~~ Cum ~~ergo~~ Conradus III. Romanorum Rex aemulum haberet Welfonem / Ducem Bavariae: commissum est praelium apud oppidum Nerersheim et villam Gibelingam ~~Clamor~~ anno 1140. Clamor vero exhorta- / Altdorfensem